

Franckesche Stiftungen zu Halle

Johannis Arndii, Ducatus Lunæb. quondam Sup. Gen. Christianismus Genuinus, E S. Scriptura, Unici Nostri Salvatoris Vita, Interno Conscientiæ, ...

Arndt, Johann

Magdeburgi, 1735

VD18 13431900

Lib. IV. De Creatura, Dei Teste.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-194378

tibi lætus occurro, Christum a mihi trade, mundum aufer, & cœli vestem mihi indue. Veni à Deo meo quoquo pondere, & ad Patrem me committere, sitiam per te, ut largibus potes, evacuar, ut Deo replear, saliar, ne putrescam. Perge, non dolet, tunde, stimula trahi, per Christi vestigia ad beata gaudia.

LIB. IV. DE CREATURA, DEI TESTE.

Augustinus :

Summa religionis est, imitari eum,
quem colis.

Præloquium.

His merito addimus duos bonitatis divinæ inferiores testes, sive internuntios, magnum atque paruum mundum, utrumque si à divino lumine irradietur, speculum infinitæ liberalitatis lucidissimum, dignos sc. qui nobilem animam ornent, sufficientes qui ignobilem periculosæ ingratitude convincant.

§. I.

Lux. A luce divinæ lucis superintelligibilis imagine exordium esto, quæ creaturas omnes discernit, nostro servitio adest, pura ac incontaminabilis, liberalis in omnes. Mundum illuminat, ornat, nobilitat, recreat, somnum solvit,

solvit, viam monstrat, vitalitatem suggerit, vi-
sui tantum conspicua est, tenebras pellit, aut
post se relinquit, omnibus lucempræstat, cœli
decus est, ædes illustrat, omnia revelat, in omnia
diffunditur, & futuræ claritatis prodromus est.
Nonne per singula adorandæ Trinitatis re-
præsentatio?

§. 2.

Cœlum vero quantum de Deo docet? Cœlum
ejus limpiditas Dei puritatem, magni-
tudo omnipotentiam, rotunditas æternitatem,
capacitas omnipræsentiam, firmitas veritatem.
Admonet etiam cœli, ubi Deus, nostri qui Dei
cœlum ac futuri illius cœli ineffabilis.

§. 3.

Terra in medio mundi omnipotenter Terra
ac sapientissime librata Dei thesauraria,
quotannis in resurrectionis testimonium nova,
evidentissimis characteribus crescentium signa-
ta, animalium nutrix & vestiaria, seminibus ple-
na, montium furius dives, fontium venis irri-
gua & salubris: quam ubique Creatoris opes ex-
clamat hominis beneficia. Ros, fœcunditatis
pater, gramen pecoris pastus, panis universale
alimentum, oleum corporis decus, vinum cordis
focus, arbores terræ œconomi, aves Dei Musi-
ci, si nominentur saltem, quam contemplatio-
nis sacræ materiam tibi offerunt?

§. 4.

Terræ Rectores, astra, numero, ma- Astræ
gnitudine, motu, viribus stupenda non-

ne doceant? multitudine certa, quæ innumera, imperii divini amplitudinem, mole, qua terram omnia prope vincunt, majestatem, motu qui regularissimo ordinem viribus unde bona omnia hominibus beneficentiam. Atqui his etiam dominatur amicus Dei, qui temporis harmoniam introspicit, signa temporum dijudicat, & cœlum omne pro se habet, solem inprimis & lunam, nec has saltem stellas; Sed & Christi lumen diurnum, Ecclesiæ nocturnum.

§ 5.

Mare. Mare terræ locum non minus seminis & frugum ferax, motu admirabile, fluminibus, metallis & mineralibus beneficum, vi divina suis terminis cohibitum, magnitudine vastum, insulis conspersum, piscibus abundans, navigiis habitabile, balenis stupendum, tempestatibus horrendum. Hinc Dei imperscrutabile ac præpotens dominium, illinc mundanum mare, sed & sanguinis Christi oceanum nosse lucidissime, nos jubet.

§ 6.

Animalia. Denique animalia quam varia? quam innumera? ea omnia creare, nutrire, propagare, qualis artificis, quanti Monarchæ? & metuamus nobis, contristemur, exhauriamus Deum suis unice intentum. Homo diffidat eo, creaturarum finis & epitome, pulcherrimi corporis incola, paradisi possessor, Trinitatis consilio imago Dei factus, Christi justitia ornatus, eidem matrimonio junctus, in templum Tri-

Trin
omn
tater

H
fa, in
guber

I
quoti
inhæ

S
re h
atina

H
imag
mun

E
in co

H
admo

M
erud
debi

Q
ligat
tur,
ni h

Trinitatis consecratus, & virtutum divinarum omnium receptaculum, non potest, nisi nobilitatem suam turpissime contaminet.

I.

Hæc omnia concludunt, quæcunque hic sunt expressa, in Deo esse summa, perfectissima omnia; hinc omnia gubernatio, inspectioque præsens illi ac propria.

2.

Itaque summum & omne bonum est, ad quem imus, quoties ab his discedimus, à quo deficiamus, quoties his inhæremus.

3.

Superiora in inferiora agunt, ut nobilissimæ creaturæ homini omnia serviant; ipse unius Dei servus, atque ætinam tam promptus, quam creaturas habet promptissimas.

4.

Hunc enim Deus voluit delectamentum suum, qui imaginem suam portaret, cui conversaretur, cui se communicaret, & cum qua mutuam exerceret dilectionem.

5.

Ea in Deo summa est, ergo filium nobis impetravit, ac in eo vitam æternam.

6.

Hinc summa hominis obligatio, cujus illum natura admonet.

§. 7.

Nec muta est hæc tantum admonitio, sed delectans & erudiens, ut nobilitatem suam agnoscat homo, hincque debitor Deo, nobilioribus incumbat.

§. 8.

Quanta sunt creaturarum merita, tanta est hominis obligatio, & tamen illæ nec sua intelligunt, nec iis fruuntur, nec sibi acceperunt, ita ut gratitudo pro omnibus uni homini incumbat.

C 3

§. 9.

§. 9.

Quid ergo illud tanto servitio dignum? immortalis anima, uno Deo condigna omni societati mundanæ superior.

§. 10.

Illa regit animam vegetandi labore, sentiendi subsidio, intelligendi consilio, plane monarchice; ubi voluntas imperator nemini nisi Deo subest.

§. 11.

Ab amore Dei, (qui ipse ingens donum est) venit quidquid possidemus nullo nostro merito. Itaque divino amoris obstricti sumus, prædonis omnibus.

§. 12.

Amori huic bono jure respondetur amore, id enim unicum homo habet liberum, optimum; is summus purus sit, sed vah, quam factus est impurus, infimus.

§. 13.

Hinc castigamur, sed ab amico; nam & amoris vires sunt, nonnisi sub amoris consensu eripiendæ.

§. 14.

Hoc nempe inter dantem & accipientem juris est. Deus, qui primus amavit, evidenter & largiter, hominis summum, unicum, totum, perennem amorem reposcit.

§. 15.

Id creaturæ unice suggerunt, dum omnibus viribus promte, integre, uni homini serviunt, ut idem is Deo faciat.

§. 16.

Eadem etiam matura hominī, ac jucunda faciunt opera sua, & simplicissime porrigunt, & homo imperfecti quid Deo, ac cum supercilio exhibeat?

§. 17.

Et quam jucundum, facile, æquum, beneficium amantem redamare? O homo, qui excusabis negligentiam?

§. 18.

Immo ille ipse amor tuus & lucrum tuum est. Deus nullius indigus, amare te jubet, ut beneficiorum capacem faciat.

§. 19.

§. 19.

Creaturis gratias agere non potes, ergo Deo. Creaturis carere non potes, ergo nec Deo: creaturis vivere non potes, ergo Deo.

§. 20.

Illæ namque à Deo conservantur, alioquin interituræ. ut agnoscat homo excellentius quid esse, quod omnibus imperet.

§. 21.

Et hæc aurea catena est, Deus creaturas exhibet, creaturæ homini serviunt. Homo serviat Deo. Execrabilis, qui ruperit articulum.

§. 22.

Id facit, quisquis amorem Deo integre debitum dividit, aut proximo denegat, qui imago Dei est.

§. 23.

Nam etsi ubique in creaturis Dei adparent vestigia, adscensus tamen datur usque ad hominem, cui exactissime impressus est.

§. 24.

Omnes homines unus homo, una Dei imago, una charitas. Itaque amorem omnibus debes, eo certe ditior, quo amore abundantior.

§. 25.

Quid in omnibus? fratres sumus ab Adamo, fratres à Deo, fratres ab imagine Dei, fratres à Christo.

§. 26.

Robur hujus unionis tantum foret, quanta est jam ex divisionibus imbecillitas.

§. 27.

Nihil est vere nostrum, nisi amor: nullum est majus bonum, nisi amor. Itaque hunc Deus sibi merito vendicat.

§. 28.

Liberum ergo quid amor, ac sui communicabile, unde nomen ab eo, quod amat, accepit. Nobilissimum itaque Deo.

§. 29.

Nobilis est amor, indeque major, quam qui creaturas amet, non redamantes, condignus sc. divina amicitia.

§. 30.

Uti ergo justissimum, amare Deum, summum bonum, omnium initium & largissimum benefactorem; ita injuria summa est, vel se vel aliud quid Deo præferre.

§. 31.

§. 31.

Sic enim aut temet, aut aliud Deum facis, cui præreptos Dei honores & obsequium tribuis.

§. 32.

Hinc divini & sui amoris dissidium: dum ille virtutum, hic vitiorum radix; ille in Deo firmus, hic fluctuat; ille liber, hic servans; ille liberalis hic avarus; ille quietus, hic turbidus; ille gaudens, hic tristis; ille abundans, hic indigus; ille humanus, hic intractabilis.

§. 33.

Alteruter hominem regit: ille sub luce, hic sub tenebris: ille animæ prospicit, hic cuticulam curat. Inde in tres alveos exundat: superbiam, gulam, avaritiam, ac exinde inplures rivulos.

§. 34.

Ita & pacis ac dissidii hic unicus nervus. In Deo quippe consentiremus omnes, in nobis dissidemus omnes.

§. 35.

Deo suum dabis, cum dabis, quod tibi petis, scilicet voluntatem, honorem, defensionem, laudem, fidem.

§. 36.

Ex amore gaudium; terreno terrenum, divino divinum, nullius externi indigum, certisque gradibus ad cæli cum tandem ascendens.

§. 37.

E contrario terrenus amor in momentaneis suis semper fluctuat, turbatur, & laboribus ac livore plenus est, Dei hostis, & gradibus ad infernum descendens.

§. 38.

Ut ergo amor Dei cælum est, sic Dei odium gehenna, plena dolore, & exprobratione neglecti summi boni.

§. 39.

Summa est: amabimus Patrem nostrum: honorabimus Creatorem nostrum; admirabimur conservatorem nostrum; laudabimus benefactorem nostrum; sequemur Rectorem nostrum; trademus nos Optimo, Maximo, Felicissimo.

§. 40.

Vale caro, vade ratio, fuge fama, cede voluptas, peri memoria, file sensus, abi aurum, Tuque dele omnia sacra penitentia.

DEO GLORIA!

